

et | Iuliae Aug. matris Aug. <n.>¹, et | castror. et <senatus | et patriae>¹, | L. Ceius L. fil. Privatus | quod, cum exampliaretur | balneum, subprin-
ceps | voverat, princeps castr. | peregrinorum v. s. l. m.

Romae rep. in monte Caelio ibi fere ubi N. 2215, est Parisiis (VI 554 cf. p. 833). — 1) Verba uncis inclusa reposita sunt in locum aliorum erasorum.

2219 pro salute et reditu d. n. imp. Caesaris ! ! ! ! | <C. Iulio
Vero Maximino Pio Felici | invicto Aug.>¹, Domitius Bassus γ fr.² agens
| vice principis peregrinorum, templum Iovis reducis c. p.³ omni | cultu
de suo exornavit. (*Iuxta, a sinistra intuenti*) votis | Xannalib.⁴ | feliciter
(*a dextra*) votis | XXannalib. | feliciter.

*Romae rep. in monte Caelio ibi fere, ubi ea quae praecedunt, ubi fuerunt castra
peregrinorum (VI 428 vidit Henzen; cf. Huebner ex. scr. ep. 499). — 1) Quae uncis
inclusimus, nomen et agnomen Maximini, reposita sunt in locum aliorum nominum
erasorum, Alexandri ut videtur et Mamaeae (cf. Borghesi opp. 5 p. 455); ipsum
deinde Maximini nomen (id quod punctis subiectis notavi) erasum ut vix legi
possit. — 2) Centurio frumentariorum. — 3) Castrorum peregrinorum. — 4) Decen-
nalibus.*

2220 Cocceius | Patruinus | princ. | peregrinorum.

*Romae rep. in monte Caelio ibi fere ubi N. 2215 (VI 5527^a vidit Henzen;
una reperta est basis iisdem verbis inscripta VI 5527^b).*

2221 Cocceius | Julianus¹ | γ frum. | v. a. princ. | pereg.² | devotus
| numini | maiestat. | aeorum.³

*Romae, columella marmorea (VI 5526 vidit Henzen). — 1) Num idem sit
Cocceius Julianus Synesius χράτιστος δουκηράτιος, Ἀντιοχεὺς τῶν πρὸς Δάφνην,
qui uxorem et filium condidit in sarcophago rep. Romae ad S. Clementis (Henzen
bull. inst. arch. 1862 p. 82 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 4347), nescio. — 2) Centurio
frumentariorum, vices agens principis peregrinorum. — 3) Titulum dedicatum
fuisse imperatoribus quibusdam appetat.*

2222 [V]ictor subprinc. peregrinor. | [stationem ad mil.]
III vic Appie frumentaris de | suo refecit.

Romae rep. ad viam Appiam una cum N. 2216 (VI 5529 vidit Henzen).

2223 imp. Caesari M. [A]urelio | Severo Alejandro | Felice Aug. et
Iulie Mameae¹ | matri domini n. et castror. | totiusq. d. d.², statio n. fr[u]-
mentariorum.³ | Locus adsignatus ab Agricola Aug. lib. proc. p. u.⁴ | et
Petronio Maxximo γ ann.⁵ et Fabio Maronae (*sic*) γ | operum; dedic. III
non. Aug. Appio Cl. Iuliano et Brutt. | Crispino cos.⁶, patrono Q. Tur-
ranio Masila, cura | agente P. Flavio Fl. filio Felice iuniore | et Valerio
Donato cur.

*In Portu Romano ad Ostia Tiberina (XIV 425 vidi). — 1) Verba quae punctis
subiectis notavimus, data opera erasa sunt, sed non ita ut legi nequeant. —*